Digitized by Google

BIBLIOTEKA POLSKA.

HERBY RYCERSTWA POLSKIEGO,

SPISANE PRZEZ

Bartosza Paprockiego.

Zeszyt trzeci i czwarty.

WYDANIE

KAZIMIERZA JÓZEFA TUROWSKIEGO.

KRAKÓW.

NAKŁADEM WYDAWNICTWA BIBLIOTEKI POLSKIEJ.

CZCIONKAMI „CZASU."

1858.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTEKA POLSKA.

HERBY RYCERSTWA POLSKIEGO,

SPISANE PRZEZ

Bartosza Paprockiego.

Zeszyt trzeci i czwarty.

WYDANIE

KAZIMIERZA JÓZEFA TUROWSKIEGO.

KRAKÓW.

NAKŁADEM WYDAWNICTWA BIBLIOTEKI POLSKIEJ.

CZCIONKAMI „CZASU."

1858.

Digitized by Google

Biblioteka Jagiellońska p e s z g p ę d p ł a t n i k

majestate refulget, mentis aciae imprimis circumspiciat, ut quos virtute aliqua praeditos esse conspexerit, non gratiis suis solum caesareis, sed et uberioribus propositis praemiis, ad longe praeclariora invitet.

Nos igitur, quos summo illo opifici placuit ad hoc sublimae romani imperii fastigium evehere, quo magis id ab illius clementia recognoscimus, eo propensiore studio ad explendum munus nobis injunctum invigilare, ac totis viribus incumbere debemus.

Hinc est Andrea comes, quod nos considerantes egregias excellentesque animi tui dotes, probitatem, summamque virtutem, cum familiae dignitate conjunctam, ad haec praeclaram tuam, majorumque tuorum erga nos et sacrum romanum imperium, inclitamque nostram Austriae domum, observantiam et cultum singularem praetermittere non potuerimus, quin in eo nomine tibi nostram benignitatem, animique propensionem, tali argumento testatam redderemus, ut eam etiam ad liberos ac universam posteritatem tuam transmittere posses. Nam quod attinet advetustatem et splendorem familiae tuae, accepimus fide digna relatione comitis in Tenczin, ex antiquissima et celebri Topororum familia, quae ante mille annos, in regno Poloniae originem habuerit, atque hodie etiam floret descendisse, et Tencenii nomen ab arce quadam, quam etiam nunc possident, Tenczin vocata, ante trecentos et octoginta annos mutuasse familiam: sane cum rebus domi forisque preclare gestis, magnisque in r. p. maeritis admodum nobilem, tum praecipue ac semper laude apud nos ornatam extitisse, quae omni loco et tempore privata studia et commoda publica utilitati posposuerit, nullamque fortunarum et honorum accessionem sibi utilem ac honestam duxerit, nisi quam fide, fortitudine, aliisque excellentibus virtutibus et factis peperisset. Ob eamque causam ipsos comites, communi patria consensu digna praemia retulisse, adeo, ut memoriae proditum sit, nullum in Polonia Tencenium, nisi regis senatorem, aut in alio aliquo insigni ordine regni constitutum vixisse, ac peculiare ipsis ut plurimum fuisse, ut officium castellani cracoviensis, quem primum a rege locum ferunt, vel palatini cracoviensis, quem secundum esse perhibent, regia munificentia obtinerent. Quemadmodum nuper quoque unus ex eadem familia, munus palatini cracoviensis obivit, et in eo ante paucos menses extinctus est. Sic etiam tu Andreas merito serenissimo principi domino domino Sigismundo Augusto regi Poloniae, etc. filio et consanguineo nostro charissimo, charus et gratus existis. Si quidem ab ineunte aetate, quemadmodum intelleximus in Polonia, assidua contra Tartaros dimicatione, militaribus artibus eruditus, summa cum laude versatus es, et sedecimo aetatis tuae anno, ferocem Tartarorum, in conspectu ducis ac totius exercitus, singulari certamine agressus, strenue prostravisti ac necidedisti. Porro ad maturiorem aetatem provectus, simul in iisdem etiam pietatis erga patriam et fortitudinis studiis magis magisque progressus es, teque acerrimum Tartaris et Turcis hostem exhibuisti, et quacumque illi sero viam facere sunt conati, tu manu et persona tua abstitisti, adeo, quod summam laudem et gratiam apud serenissimum quondam principem dominum Sigismundum regem Poloniae. etc. piae memoriae fratrem et consanguineum nostrum charissimum, ac universum ejus exercitum, adeptus fueris. Caeterum ut eandam virtutem tuam, aliis quoque praecipui christiani orbis principibus, et praesertim divo quondam fratri nostro, augustae memoriae Carolo quinto imperatori, et nobis declarares atque comprobares; quando quidem inclitae domus nostrae Austriae semper fuisti observantissimus, studiosissimusque: non dubitasti in Hispanias usque penetrare, ut dilectioni et majestati ejus caesareae, operam suam contra Turcas et Barbaros offerres, neque minorem profecto aut obscuriorem significationem dedisti tuae eximiae fortitudinis et integritatis, anno 1532, quando praefatus quondam divus frater noster, et nos, celeberrimam expeditionem contra Sulimanum Turcarum principem, qui tum in innumerosissimo exer-

Biblioteka Jagiellońska p e s z g p ę d p ł a t n i k

Digitized by Google

citu, regna et dominia nostra agressus fuerat, suscepimus: ubi videlicet tuis impensis, manum trecentorum armatorum ex Polonia adduxisti, tuumque in tutanda gloria divini nominis, ardentissimum desiderium, et optimum erga nos et sacrum romanum imperium, inclitamque domum nostram Austriae, studium manifeste declarasti, magnamque a nobis gratiam et nomen inivisti. — Sunt quidem omnia quae jam enarravimus ejusmodi, ut magnam laudem atque favorem mereantur. Sed accidit aliud quodque donum tibi divinitus datum, quod a nobis merito valde commendari, et abs te quoque plurimi fieri debet: scilicet, in educandis liberis singularis quaedam felicitas, ut qui praeter tres filias, Hedvigim, Zophiam et Annam, nam et animi dotibus ornatissimas, adeptus es duos filios acerrimos virtutum tuarum imitatores. Quando quidem major natu, Joannes dapifer noster, quod in aula nostra caesarea versatus est, haud obscuram praeclarae indolis significationem multis in rebus dedit, et ita se gessit, quod ipsum summa benignitate complectamur, et ad ipsum ornandum et amplificandum valde propensum animum habeamus: idque eo magis, quod facile intelligamus praefatum quoque serenissimum regem Poloniae, idem de virtutibus ejusdem nobiscum sentire, ut qui cum dignum judicaverit, cui capitaneatum rohatinen. committeret. Minor vero Andreas de sua indole et ingenio, ipse quoque haud exiguam expectationem omnibus excitasse dicitur, adeo, quod non sit dubitandum, in ejuscemodi laudatissimis paternis vestigiis utrumque perseveraturum, ac partam abs te gloriam honestis studiis magis magisque amplificaturum. Quapropter, cum tu aliique tui agnati et consanguinei comites in Tenczin, antiquitus gestaveritis et habueritis a majoribus vestris haereditaria successione accepta infra scripta luculenta, et amplissima armorum insignia: videlicet, scutum per longitudinem et latitudinem in quatuor aequales areas quadripartitis divisum: quarum arearum dextra inferior et sinistra superior, sunt coloris rubei, et continent securim fabrilem, quae lingua polonica Topór *vocatur, manubrio aureo crocove signum antiquo Topororum nomini congruum; inferior autem sinistra et superior dextra, secundum longitudinem, in duas aequales partes distinguuntur, earum vero dextra pars coloris est albi, sinistra rubei et in se bicipitem aquilam singuli continent, expensis alis, ita ut qui in campo albo conspicitur sit rubea, quae vero in campo rubeo depicta est, sit alba, familiae tuae, ob ejus in sacrum imperium romanum merita, a divis nostris in eodem imperio romano praedecessoribus, una cum comitatus dignitate et eminentia donatam, et scuto impositam, galeam equestrem, heroicis cancellis apertam, supra cujus conum impendet acies securis, similis ei, quae jam supra descripta est, phalaeris seu taeniis coloris candidi et rubei ab utraque clipei parte moliter defluentibus. Nos sane volentes nostrae erga te et dictos filios tuos benignae voluntatis et obsequiorum, quae alter ex eis, nempe comes Joannes, nobis hucusque in aula nostra caesarea, summaque fide animique promptitudine praestitit, perpetuam memoriam extare, supra scripta tua et familiae tuae insignia, vetera notabili aliqua accessione amplificanda et locupletanda duximus, eisque in ipso clipei centro parvum scutum coloris cerulei, quod erectum Leonem aureum, caput corona aurea insignitum ostendat, ad exteram conversum, cauda bicipiti in dorsum reflexa, ea pedum constitutione, ut ad pugnam compositus videatur, benigne ac liberaliter adjecimus; galeam vero ditavimus et exornavimus, ac praesentes ditamus et exornamus corona aurea, et leone simili illi, qui in parvo scuto repraesentatur, sed pube tenus tantum conspicuo, ac hihanti tricta lingvaque exerta, et cauda bicipiti in dorsum reflexa, cujus caput aureo diademate decoretur, econo ipsius galeae praeminente. Is autem dextro pede securim apraehensam teneat, laciniis scaphaleris ab utroque clipei latere effusis, a dextra rubei et candidi, a sinistra vero cerulei*

Digitized by Google

Digitized by Google

et aurei coloris, quemadmodum haec omnia in medio caesarei diplomatis pictoris manus ingeniosius elaboravit. Itaque memorata caesarea auctoritate expraesse statuimus, atque decernimus, quod tu Andrea comes, ac supra nominati filii Joannes et Andreas, ac reliqui liberi, haeredes ac descendentes legitimi utriusque sexus, in omnem posteritatem jam descriptam, armorum insignia, sic a nobis aucta et locupletata, ex hoc tempore deinceps in singulis honestis et decentibus actibus, exercrariis et expeditionibus, tam serio quam joco, in hastiludibus, ludis seu hastorum dimicationibus, pedestribus vel equestribus, in bellis, duellis, siugularibus certaminibus, et quibuscunque pugnis, eminus, cominus, in scutis, vexillis, tentoriis, sepulchris, sigillis, monumentis, annulis, aedificiis, supellectibus, tam in rebus spiritualibus quam temporalibus et mixtis, in locis omnibus, prout vobis libitum fuerit aut necessitas vestra postulaverit habere, gestare et deferre, ac simul quibuslibet privilegiis, munitatibus, libertatibus et juribus, uti, frui, ac gaudere possetis, quibus alii quoque hujusmodi ornamentis decorati, utuntur, fruuntur et gaudent, jure et consuetudine. Nulli ergo omnino hominum, cujuscunque status, gradus, ordinis et conditionis, et dignitatis extiterit, liceat hanc nostram, additionis, augmentationis, amplificationis et locupletationis paginam infringere aut violare. Quisquis vero id temerario ausus altercare praesumpserit, nostram et sacri imperii redignationem gravissimam et mulctam triginta marcarum auri puri, fisco nostro caesareo, parti laesae exequo omni spe veniae sublata solvendam, ipso facto sese incurrisse noverit. Harum testimonio literarum, manu nostra propria subscriptarum et sigilli nostri caesarei appensione munitarum.

Datum in civitate nostra Vienna, die undecima mensis Aprilis, anno 1561, regnorum nostrorum: romani 31, aliorum vero 35. FERDINANDUS.

Temuż właśnie i potomstwu jego wszystkiemu, na czasy wieczne ten klejnot niżej wykonterfetowany należy, jakoś to z listu zrozumiał. Tenże to Andrzej umarł kasztelanem krakowskim, ciało jego leży w Końskiej Woli.



Jan, syn starszy hrabie kasztelana krakowskiego, hrabia na Tęczynie, natenczas kasztelan wojnicki, podkomorzy wielki nadworny, lubelski, parcowski, etc. etc. starosta.

Za tego znacznemi zasługami, wspominane było na tym wyżej pomienionym liście wszystkie cnoty przodków domu tego i ojcowskie, przeciwko wszystkiej r. p. chrześciańskiej, i zasługi, z których nietylko samemu, ani tylko domowi jego, ale wszystkiemu narodowi polskiemu ozdoba się mnożyła. Abyś tedy dostatecznie wiedział, którzy należą do tego klejnotu, naprzód:

Andrzej kasztelan krakowski wyżej pomieniony.

Jan syn jego, kasztelan wojnicki etc.

Andrzej wojewoda krakowski o którym niżej czytać będziesz.

Jadwiga wojewodzina krakowska.

Zofia Zborowska, starościna szydłowska, runberska etc. etc.

Digitized by Google